legimus de hijs rebus ſufficiēter edita
in latino ſermone. aut nō ſunt. aut non
inueniuntur. aut certe difficile a nobis
inueniri queunt. grece autem lingue
non ſit nobis tantus habitus. ut talium
rerum libris legendis et intelligendis
vllo modo repiamur ydonei. quo gene:
re litteraꝝ ex hijs que nobis pauca īter
pretata ſunt. nō dubito cuncta que vti:
liter querere poſſumꝰ cōtineri. Fratribꝰ
aūt non valeā reſiſtere iure quo eis ſer
uus factus ſum flagitantibus ut eoꝝ in
xp̄o laudabilibus ſtudijs. lingua ac ſti:
lo meo. quas biga in me caritas agitat
maxime ſeruiā. egoq; ip̄e multa que ne
ſciebam ſcribendo me didiciſſe confite:
ar. non debet hic labor meus cuiq̄ȝ pi:
gro. aut multū docto videri ſupfluus.
cum multis impigris multiſq; indoctis
inter quos etiā michi non pua ex parte
ſit neceſſarius. Ex hijs igitur q̄ ab alijs
de hac re ſcripta iam legimus. plurimū
āmminiculati. et adiuti ea que de trinita
te vno ſummo ſūmeq; bono deo pie que
ri et diſſeri poſſe arbitror. ip̄o exhortā:
te querenda atq; adiuuante diſſerenda
ſuſcepi. ut ſi alia nō ſunt huiꝰmodi ſcrip
ta ſit qđ habeamus. et legant qui volu
erint et valuerint. Si aūt iam ſunt. tan
to facilius aliqua inueniantur. quāto ta
lia plura eſſe potuerint. Sane cū in om
nibus litteris meis nō ſolum pium lecto
rem. ſed etiā liberū correctorē deſide:
rem. multo maxime in hijs vbi ip̄a mag
nitudo queſtionis. vtinam tam multos
inuentores habere poſſet q̄ȝ multos cō
tradictores habet. Verūtamen ſicut le
ctorem meū nolo michi eſſe deditū. ita
correctorem nolo ſibi. Ille me nō amet
amplius q̄ȝ catholicā fidem. ille ſe non
amet amplius q̄ȝ catholicā veritatem.
ſicut illi dico noli meis lr̄is quaſi ſcptu
ris canonicis inſeruire. ſed in illis et qđ
nō credebas cum inueneris incunctanť
crede. in iſtis aūt qđ certum non habe
bas niſi certum intellexeris. noli firme
retinere. ita illi dico noli meas litteras

ex tua opinione vel contentione. ſed ex
diuina lectione et incōcuſſa ratione cor
rigere. Sed quid in eis veri cōprehen:
deris exiſtendo nō eſt meum. at intelli:
gendo. et amando et tuū ſit et meū. Si
quid aūt falſi conuiceris errādo fuerit
meum. ſed iam cauendo nec tuū ſit nec
meum. ¶

Aurelij auguſtini liber terciꝰ incipit.

Hinc itaq; tercius hic li
ber ſumat exordium.
quouſq; ſcđus peruene
rat. Cum eñ ad id ven
tum eſſet. ut vellemus
oſtēdere nō ideo mino
rem patre filiū. qȝ ille miſit. hic miſſus
eſt. nec ideo minorē vtroq; ſpiritū ſan:
ctum. qȝ et ab illo miſſus in euangelio
legitur. ſuſcepimꝰ hoc querere cū illuc
miſſus ſit filius vbi erat. qȝ in hunc mū
dum venit. et in hoc mundo erat. cū il:
luc etiā ſp̄us ſanctꝰ vbi et ip̄e erat. qm̄
ſpiritꝰ dñi repleuit orbem terrarum et
hoc qđ cōtinet om̄ia ſcientiā habet vo
cis. vtrum ꝓpterea miſſus ſit dñs. qȝ ex
occulto in carne natꝰ eſt. et de ſinu pa
tris ad oculos hoīm in forma ſerui tan:
q̄ȝ egreſſus apparuit. ideo etiā ſp̄us ſan
ctus. qȝ et ip̄e corporali ſpecie quaſi co
lumba viſus ē. et linguis diuiſis velut
ignis ut hoc eis fuerit mitti ad aſpectū
mortaliū in aliqua forma corpea de ſpi
rituali ſecreto procedere. qđ pater quo
modo nō fecit tantūmodo miſiſſe ñ etiā
miſſus eſſe dictus ſit. Deinde queſitū
eſt. cur et pater nō aliquādo dictus ſit
miſſus. ſi p illas ſpecies corporales que
oculis antiquoꝝ apparuerunt ip̄e demō
ſtrabatur. Si aūt filius tunc demōſtra
batur. cur tantū poſt miſſus diceretur.
cum plenitudo tēporis venit. ut ex femi
na naſceretur. qñquidem et antea mitte
batur. cum in illis formis corporaliter
apparebat. aut nō recte miſſus diceret.
niſi cum verbū caro factū eſt. cur ſp̄us
ſanctus miſſus legatur. cuiꝰ incarnatio